universis nil penitus excipien. et reservan. dedit donavit inscripsit resignavit, praefatusque dat donat inscribit ac in perpetuam et irrevocabilem donationem cum titulo haereditario resignat perpetue. Dan. et admittens eum iam exnunc in bona praefata donata realem intromissionem cum actuali et pacifica possessione praeminentiali terrarum quarumcunque. per ipsum Omitre et eius successores bona praefata tenen. haben. possiden. dan. donan. vendendum commutan. alienan. et in usus suos quoscunque successorum beneplacitos convertendum perpetue. Tenebiturque praefatus Misturum(?) suis posteris quos secum super omnibus bonis suis obligat et inscribit eundem Omitre et eius successores in bonis praefatis et eorum iure ab omni quavis impetitione inquietationem quarumlibet personarum sexus utriusque tociens quotiens opus fuerit tueri defendere evincere et liberare pacificareque bonaque praefata munda et libera facere sub poenis terrestribus simul corporali iuramento taxan. Nihilominus praefatus Misko Janczeski(?) se et suos successores super omnibus bonis suis obligat et inscribit praesentem inscriptionem ex his actis ad acta terrestria Praemisliensia ante decursum unius anni transportare sub similibus poenis terrestribus simul iuramento taxan. pro quibus quisque poenis terrestribus praefatus eundem cum successoribus ad officium praesens castrense Praemisliense citatus extunc foro suo quovis proprio omisso coram eodem officio in primo citationis termino tanquam peremptorio stare parere respondere ac pro praefatis poenis terrestribus omnibus exceptionibus contentationis prae-stationibus, compensationibus, vera vel simplici infirmitatibus, actione pro maiori, ad quietationem dilationem non petendo motionibus appellationibus earumque prosequutionibus, poena trium marcarum et triplici poena ac aliis omnibus generaliter dilationibus iurisque remediis semotis et in parte minime evicti satisfacere cum suis posteris tociens quotiens opus fuerit tenebitur. Nulla praescriptione terrestri in praemissis obstante.

Vmaticzki donat Manasterzsky

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus castrensibus Praemisliensibus Nobilis Nikita Vmaticzki, mente et corpore sanus existens, foro suo quovis proprio ommisso, praesenti vero castrensi Praemisliensi iurisdictioni se successores ac bona sua omnia quo ad actum praesentem attinet incorporan. et subiciendo, publice per expressumque recognovit. Quia Nobili Paulo Manasterzski filio Nobilis Hrinko(?) Manasterski, et eius successoribus bona sua haereditaria videlicet medietatem areae dictae Kalinowska in qua resedet laboriosus Jaremko Srokowicz, una cum praefato Jaremka et agro noviter extirpato vulgariter las ad ipsam medietatem areae pertinen., necnon alium agrum similiter noviter extirpatum nuncupatum Nosatak(?), prius agrum noviter extirpatum vulgariter las nuncupatum Nobilis Andreae Manasterski in villa Zopusnicza(?) iacen. et consisten., cum omni iure dominio proprietate ac cum omnibus et singulis attinentiis pertinen. fructibus proventibus redditibus utilitatibusque universis

nil excipien. et reservan. dedit donavit inscripsit et resignavit, praesensque dat donat inscribit ac in perpetuam et irrevocabilem donationem cum titulo haereditario resignat perpetue. Dan. et admittens eum iam exnunc in bona praefata realem intromissionem cum actuali et pacifica possessione praeminentiali terrarum quarumcunque. per ipsum Manasterski et eius 426
successores bona praefata donata, cum omni eo ut praemissum est iure dominio proprietate tenen. haben. possiden. dan. donan. vendendum, commutan. alienan. et in usus suos quoscunque successorum beneplacitos convertendum perpetue. Tenebiturque praefatum Paulum Manasterski cum suis posteris quos secum super omnibus bonis suis obligat et inscribit, praefatus Nikita Vmaticzki, ab omni quavis impetitione inquietatione omnibusque poenis et impedimentis quarumlibet personarum propinquarum et remotarum status sexus et conditionis cuiuscunque existen. tociens quotiens opus fuerit tueri defendere evincere eliberare bonaque praefata munda et libera facere sub poenis terrestribus simul corporali iuramento taxan. Insuper etiam praefatus Vmaticzki se et suos successores super omnibus bonis suis obligat et inscribit praesentem inscriptionem ex his actis ad acta terrestria Praemisliensia ante decursum unius anni transportare sub similibus poenis terrestribus simul corporali iuramento taxan. pro quibus quisque poenis terrestribus si se ipse Nikita Vmaticzki cum suis posteris praedicto Manasterski vel eius successoribus ad officium praesens castrense Praemisliense citare permiserit. extunc foro suo quovis proprio omisso, coram eodem officio in primo citationis termino tanquam peremptorio stare parere respondere ac pro praefatis poenis terrestribus omnibus exceptionibus contentionibus, praescriptionibus, compensationibus, legalibus quibusvis impedimentis, vera vel simplici infirmitatibus, actione pro maiori, adquietationem dilationem non petendo, motionibus, appellationibus earumque prosequutionibus, poena trium marcarum et triplici poena ac aliis omnibus generaliter dilationibus iurisque remediis semotis et in parte minime evicti satisfacere cum suis successoribus tociens quotiens opus fuerit tenebitur. [illegible] praescriptione terrestri in praemissis obstante.

Jaworski obligat subdito suo

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus castrensibus Praemisliensibus Nobilis Misko Jaworski Swietkowicz mente et corpore sanus existens a iure foro suis propriis quibusvis recedendo, huic vero praesenti castrensi Praemisliensi iurisdictioni se successores ac bona sua omnia quo ad infrascripta tantum attinet incorporan. et subiciendo publice recognovit. Quia laborioso Michalko Stepanowicz de villa Czucha(?) subdito suo et eius legittimis successoribus bona sua haereditaria videlicet totam et integram medietatem sortis suae agrorum arvarum hortorum pratorum et aliarum omnium attinentiarum in bonis villa Czucha, tum et partem agri in loco dicto miedzi brodi(?) inter villas Czucha et Jawora iacen., cum omni iure dominio proprietate, ac cum omnibus fructibus proventibus redditibus utilitatibusque universis nil excipien., in summa septuaginta florenorum pecuniae monetae polonicalis, hinc ad festum Nativitatis Domini proxime venturum obligavit inscripsit et invadiavit, praefatusque